humana captorum domina, omnium animos occupauit. Etenim tanquam inhumana eorum domina, tanquam ſæua tyrannis, immanitate barbara, tanquam meretrix publica & pretioſa dedecorat, conficit, & ſexcentis obiicit periculis ac pœnis eos, qui illi ſeruire in animum induxerunt. Cumq; ſit terribilis, acerba, crudelis, ſæua, vultu barbarico, quin potius ferino, & quàm lupus, ac leo truciore; manſueta tamen & expetenda, & melle dulcior eſſe videtur captiuis eius. Cùm etiam gladios & arma quotidie contra eos cudat, ac barathra effodiat; ad præcipitia ducat, & ſcopulos, infinita ſupplicij retia texat, beatos

πάντων καταλαβούσης ψυχάς. καὶ γὰρ ὡς δέσποινα τούτων ἀπάνθρωπος, καὶ ὡς τύραννος ἀπηνὴς, καὶ ὡς βάρβαρος ὠμὴ, καὶ ὡς πόρνη πάνδημος, καὶ πολυτελὴς καταισχύνει καὶ κατατείνει, καὶ μυρίοις κολάζει κινδύνοις τε, καὶ τιμωρίαις τοὺς ἑλομένους δουλεύειν αὐτῇ, καὶ φοβερά τις οὖσα καὶ ἀμείλικτος. ἀγρία τε καὶ ἀπηνὴς, καὶ προσωπεῖον ἔχουσα βαρβαρικὸν, μᾶλλον δὲ θηριῶδες, καὶ λύκου ἢ λέοντος ἀγριώτερον, προσηνής τις εἶναι δοκεῖ, καὶ ποθεινὴ καὶ μέλιτος γλυκυτέρα τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς. καὶ ξίφη καὶ ὅπλα καθ' ἑκάστην κατ' αὐτῶν χαλκεύουσα τὴν ἡμέραν, καὶ βάραθρα ἀνορύττουσα, καὶ ἐπὶ κρημνοὺς ἄγουσα ἢ σκοπέλους, καὶ μυρία αὐτοῖς διαπλέκουσα κολάσεως δί-

κτυα,